

& ex natura sua ex vago concubitu sequitur maximum proli detrimentum.

DISPUTATIO III.

Utrum matrimonium cadat sub precepto?

SUMMARIUM.

Olim obligabat singulos, nunc autem minime, num. 1. An cessavit hoc preceptum, opinio affirmans, num. 2. & verior negans, 3. An si omnes homines demptis monachis perirent, tenerentur ad matrimonium, num. 2. & ibi, quid, si matrimonium necessarium esset ad vitandas seditiones.

1. Si Conclusio, matrimonium dum genus humanum pacis continebatur, obligabat singulos, nunc autem minime. Et ratio est: quia sicut ad vitam sustentandam est necessarius cibum in individuo, ita generatio ad speciem conservandam, at tenetur homo seipsum conservare cibum sumendo, ergo & speciem generandam. Sic D. Thom. 4. d. 26. q. 1. art. 2. corp. & ad 1. quem alii sequuntur.

2. Utrum autem prout multiplicatis jam hominibus, matrimonium preceptum cessavit, non constat, nam affirmant quidam. Ita D. Bonav. d. 26. art. 2. q. 3. Richard. ibi. art. 3. quest. 3. Alex. de Nevo, rubr. de sponsal. n. 20.

3. Sed verus est extare, exiturumque matrimonii preceptum, usque ad mundi finem. Quia hoc est preceptum naturale, huiusmodi autem precepta non extinguuntur cessante necessitate, licet pro tunc minime obligent: ut constat in precepto elemosinæ. Item, quia Christus nulla precepta naturalia abrogavit, sed tantum ceremonialia per legem novam, preceptum autem matrimonii naturale est. Quare olim cum pauci homines erant, obligabat singulos, nunc autem illis multiplicatis tantum obligat Remp. in communi, ut necessitate occurrenti compellat singulos. Sic D. Thom. 4. d. 27. q. 1. & ibi Pal. q. 3. Dur. q. 2. Sotus q. 2. art. 2. Ledes. d. 26. q. 1. art. 2. Angles foribus, l. p. q. 1. de essentia matr. d. 26. q. 1. art. 2. diff. 3. f. 521. & seq. Viguer. l. instr. c. 16. §. 7. vers. 3. Enriquez l. 1. de matr. c. 1. n. 8. Barr. d. Ledes. de matr. dub. 3. & latissime Petr. de Ledes. de matr. q. 4. art. 2. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 34. Vwald. cand. del. l. p. de matr. n. 9. Vegal. 3. sum. casu 144.

4. Tandem dicitur utrum omnibus pereuntibus præter monachos, tenerentur illi matrimonium contrahere. Quidam negant, sed credendum esse tunc mundi finem adesse, dicunt, sic Dur. Palud. Led. Enriquez, Petr. de Ledes. ibi. Melius tamen sentiant alii teneri, quia preceptum matrimonii naturale est, urgenti necessitate obligans, tunc autem maxime urget, necessitate Dei revelatione finem mundi esse constare poterit. Sic Sotus, Angles, Vwald. n. 10. Barr. a Ledes. Lud. Lop. Vega ibi. P. Molina tom. 1. de instr. d. 22. f. 196. Possent etiam nunc currere casus, in quo aliquis teneretur matrimonium inire: ut quando sequerentur leditiones, & bella, nisi principis filius uxorem duceret, tunc enim sub mortali teneretur: ut bene Maslin. a Led. d. 2. q. 43. art. 2. Hoc autem non esset ex vi precepti matrimonii, quod tantum ratione multiplicandæ speciei obligat, sed teneretur ratione præcepti vitandæ scandalum.

DISPUTATIO IV.

Quando matrimonium institutum sit in lege nature, & evangelica?

SUMMARIUM.

Ante lapsum Adami in officium nature institutum est, post in concupiscentia remedium, in lege nova, ut sit sacramentum, 1.

Primo opinio, in lege nature institutum esse ab Adamo, 2. Secunda verior, num. 3. quando est institutum in lege evangelica, num. 4. & 5.

1. Supponendum est, ante Adami lapsum matrimonium institutum esse in nature officium: eo autem secuto, in concupiscentia remedium, & tandem in nova lege institutum fuisse, hoc elevatum a Christo, ut esset sacramentum: quamvis autem hoc constet inter omnes, de tempore tamen institutionis, tam in lege nature, quam gratiæ, minime constat.

2. Et in lege nature, aliqui sentent immediate institutum esse ab Adamo, in illis verbis, quæ Deo inspirante protulit, Gen. 2. Hoc nunc de nobis habet. Prob. quia Matr. 19. probat Christus matrimonium esse indissolubile ex verbis institutionis, dicens, quod Deus coniungit, homo non separat: & ad Ephes. 5. ait Paulus, Propos hoc relinquit homo, & subdit, sacramentum hoc magnus est: ubi clare significat ea verba ab Adamo prolata fuisse institutionis verba. Tandem, quia Trid. sess. 24. doctrina de sacramento matrimonii initio, dicitur matrimonium antea fuisse ab Adamo signatum, & huius sent. videtur D. Anz. lib. 14. de tri. Dei. c. 22. & tenent ex Theologis, Magister q. 26. Alesius 4. p. q. 2. memb. 2. a. 1. d. Bonav. 4. d. 26. a. 1. q. 2. Durand. ea. 4. int. in expof. lit. Richard. ibi. a. 1. q. 3. Hugo l. 2. de sacram. p. 11. Vwald. l. de sac. c. 132. Adrian. 4. q. 1. de matr. Tapper. ar. 18.

Leon. initio Carbar. cont. Cajet. q. 1. matr. Ledes. 2. p. q. 44. ar. 2. Et ex jurisperitis gl. c. unie. de voto in q. verb. In statu Goffred. Jun. tit. de sponsal. n. 17. & idem docet Alex. de Nevo, rubr. de spons. num. 17. Lex. 4. tit. 2. p. 4. & ibi Greg. Lop. verb. Que los buelos, Montal. in exp. proximi, p. 4. & in prologo lib. 3. legum fori, Cov. 4. d. 2. p. c. 1. §. unico, n. 6.

Sed probabilis est, institutum simul, ac preceptum esse a Deo illis verbis, quæ dixit Genes. 1. Crescite, & multiplicamini. 1. quia tunc Deus fecit copiam illis, ut iungerentur, & mutuum corporum traditionem concessit, in quo matr. consistit, 2. quia illis verbis immutatus potissimum matrimonii finis, qui est hominum multiplicatio, ergo per illa institutum est matr. quo finis ille comparatur. Tandem, quia nulla illa institutio opus erat, quam ipsemet precepto, licet Eucharistiam instituit eam precipiendo Christus servator nocet, Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: postmodum autem matrini. contraxit Adamus, cum dixit, hoc nunc est. Sic D. Thom. 4. d. 26. q. 2. a. 2. ad 4. Pal. ibi. qu. 1. p. Alesius. l. 4. sum. tr. q. 1. d. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 2. ante §. 1. Abulensis. 1. Reg. c. 8. q. 2. Sotus 4. d. 26. q. 1. a. 2. vers. Nihilominus, Vigu. l. instr. cap. 16. §. 7. vers. 1. Veracius. l. p. 3. p. art. 1. instr. c. 2. p. art. 1. Angles foribus l. p. q. 1. de essent. matr. d. 26. art. 2. diff. 1. f. 522. Enriquez l. 1. de matr. c. 1. n. 3. Vwald. cand. l. p. de matr. n. 7. Petr. de Led. de matr. q. 42. a. 2. Vegal. 3. sum. casu 144. & ex jurisperitis, gl. c. fin. de frigid. & multib. verb. instr. Turcor. c. Quidam, nu. 7. 17. q. 1. Sit Matrimonium, 1. q. 2. Perez l. 5. ord. l. 1. f. 2. nu. 7. Et ex paradijs. Nec obstant argumenta prioris sent. tantum enim probant matrimonium esse magis declaratum ab Adamo, sicut Christus extremam unctionem instituit, manifestata autem est a D. Jacobo.

In lege etiam evangelica constat de fide, matrimonium elevatum esse a Christo, ut sit sacramentum: ratio autem, dissident Doctores. Quidam enim dicunt institutum esse Joann. 2. dum Christus inest in aqua, Sic Vigu. l. instr. c. 16. §. 7. vers. 1. & Ledes. 2. p. q. 4. art. 2. insert hanc sent. & sequentem, neutramque desinit.

3. Alii, & verius, dicunt Joann. 2. approbatum esse, institutum autem Matr. 19. dum Christus illud commendavit, & inseparabiliter præcepit, dicens, Quos Deus coniungit, homo non separat. Sic Dur. q. 1. de matr. D. Th. 3. p. tit. 1. c. 2. ante §. 1. Victoria sum. de matr. q. 24. Sotus 4. d. 26. q. 2. art. 2. vers. Ex quo sit, Veracius l. specul. art. 1. instr. Petr. de Ledes. de matr. §. de veris Palacios 4. d. 1. disp. 7. Enriquez l. 1. de matr. c. 2. n. 1. Vwald. cand. de matr. 1. p. n. 13.

DISPUTATIO V.

Quæ sit materia, & forma sacramenti matrimonii?

SUMMARIUM.

Referuntur varis sententiæ a num. 1. usque ad 5.

Sententiæ auctoritas, 6. Utrum matrimonium non tantum dum est in fieri, sed dum est in facto esse, sit sacramentum, & quæ sit tunc ejus materia, 7.

Varie sent. l. ait verba contrahentium esse materiam, & formam autem verba sacerdotis l. i. matrimonium constitueret in quantum est sacramentum, licet in quantum est contractus, non exigat sacerdotis verba: credit enim matrimonium abique sacerdotis præsentia contractum, esse validum, non tamen Sacramentum. Sic Casus libr. 8. de locis theologics, cap. 5. in solut. ad 3. cupus fundamenta referam, & reprobo idip. seq. num. 1.

II. Sent. dicit contentus contrahentium esse materiam, verba autem, quibus illi exprimitur, formam, quia consensus informantur per verba. Sic gloss. c. Tua, de spons. verb. Nec forma, & ibi Abb. nu. 10. Præp. fin. Alex. de Nevo, num. 25. Sibi Matrim. 1. q. 1. Navar. sum. lar. c. 22. n. 20. Humad super primam partiam, tit. 1. l. 2. gloss. 2. n. 19. fit. Et ex Theologis, Caprol. 4. d. 25. q. unic. art. 3. ad 7. Deca eod. q. 1. a. 3. no. rab. 2. Sed hæc sent. rejicitur, quia materia totalis sacramenti debet esse sensibilis, licet partialis, ut contra in Sacramento penitentia, possit esse non sensibilis.

III. Sent. ait, contentus esse formam, verba autem exprimentia, materiam, quia consensus determinat, & perficit verba, quæ eo seculo nihil efficient. Sic Majoris, 4. d. 26. q. 1. Sed hæc sent. simili ratione rejicitur, quia consensus internus insensibilis est, forma autem sacramenti sensibilis esse debet, cum sacramentum sit signum externum.

IV. Sent. docet, contrahentes esse materiam, verba autem, 4. formam, quia in ceteris contractibus ita contingit, sic Palud. 4. d. 26. q. 4. art. 3. ad 2. n. 2. Ad Tan. 4. materia de matrini. q. 1. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 2. ante §. 1. Petrus de Soto l. 3. de matrini. vers. Requiritur, & l. 4. vers. Sit iugur, Palacios 4. disp. 1. disp. 3. & dicit esse probabilem, Caprol. 4. d. 24. q. 4. n. 3. ad 2. & Barb. a Ledes. dub. 6. de matr. Et ex jurisperitis eam tenent, Covar. 4. d. 2. p. c. 1. §. unico. n. 8. Hæc autem sententia refutatur, 1. quia in ceteris contractibus non potest, v. g. res vendita, vel commutata, vel locata, dici materia, ex qua conficitur contractus, sed tantum materia circa quam. 2. quia ad productionem gratiæ contrahitur etiam materia, ut contrahentes ipsi non concurrunt, nisi mediis actibus: ergo potius actus ipsorum debent dici materia.

5. V. Sententia tenet, verba, quæ a priori contrahente profertur, esse materiam, quæ vero a posteriori, formam. Dicitur autem exemplo numeri, cuius ultima unitas tanquam ceteras determinans, dicitur forma: ita, cum verba peritorum prolata, determinent priora, ut consummatur periculatorum matrimonium, priora erunt materia, posteriora vero forma, sic Ricard. 4. d. 26. a. 4. q. 2. Angel. Matrini. n. 2. Victoria sum. de matr. n. 245. Ledes. l. p. q. 1. art. 6. Grissald. sum. verb. Matr. n. 15. Enriquez lib. 11. de matr. c. 2. n. 5. Barr. a Ledes. dub. 6. de matr. Philiore. de offic. sac. r. 1. p. 5. Barb. a Ledes. cand. l. 1. p. de matr. n. 17. Vegal. 6. sum. casu 11. Sed contra hæc sententiam est, quia matrimonium non habet materiam, & formam certas, sed vagas, & in contrahentium potestate est, ex materia facere formam, & contra, 2. quia verba utriusque æque se habent ad matrimonii Sacramentum, ergo non est cur potius priora sint materia, & posteriora forma, 3. quia potest utriusque consensus simul verbis exprimi.

6. Ultima sententia amplectenda docet, verba, sicut signa, quibus consensus exprimitur, esse ibi inveniunt materiam, & formam, secundum diversas rationes: in verbis enim contrahentium est expressio mutue traditionis, quia quilibet tradit alteri sui corporis potestatem, & secundum hoc dicuntur materia, & expressio mutue acceptationis, quia quilibet acceptat traditionem sui per alterum factam, & secundum hoc dicuntur forma. Probatur, quia traditio illa imperfecta est, & inefficax, donec acceptetur, & accedente acceptatione perficitur, & determinatur matrini, ergo utraque verba sunt materia, & quatenus important traditionem, & sic per sequentia determinatur, & sunt forma, in quantum important acceptationem: & sic se invicem determinant. Item quia hoc pacto fabricatur hoc sacramentum, sicut alia, consistit verba, tanquam materia, & verba (inquam) vel proprie, vel proportionem quadam, & verbis tanquam forma: quia ea mutua traditio verba facta, prout est quid informe, nec suum sortitur effectum, donec accedat mutua acceptatio, nec perficitur nisi per illam, dicitur res: at acceptatio, quia complet, & perficit, dicitur verba. Huius sent. videtur D. Th. 4. d. 26. q. 2. a. 1. nam in solutione ad 1. dicit, verba conjugum esse formam, & ad 2. adus conjugum esse materiam: ubi clare per actus intelligit eadem verba, quæ paulo ante dixerat esse formam: nulli enim alii actus conjugum præter verba requiruntur ad hoc Sacramentum perficiendum. Eandem sententiam tenent Sor. 4. d. 1. 4. l. 6. vers. ad dub. 26. q. 2. a. 3. Bellar. l. 1. de matr. c. 6. Suarez l. 1. de Sacramentis, q. 60. a. 8. disp. 2. sect. 1. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 35. f. 1020. Angles foribus l. p. de matrini. q. 1. de essentia matr. d. 26. a. 4. diff. 1. concl. 2. f. 523. Spro spec. ref. gl. 16. n. 13. Petr. de Ledes. de matr. q. 42. a. 1. adub. 4. concl. 7. Manuel l. tom. Jun. 2. edit. c. 216. n. 3.

7. Denique observandum est, quod licet sacramentum Eucharistia est sacramentum non tantum dum est in fieri, sed etiam dum est in facto esse, nam species permanentes sunt signum sensibile interni alimentis per gratiam: & dum est in fieri, tota essentia consistit in verbis consecrationis, panis autem, & vinum concurrunt; ut materia circa quam: at dum postea permanet, species sunt materia ex qua, sic sacramentum matrimonii est sacramentum, dum est in fieri, & ejus materia, & forma, sunt verba, & contrahentes sunt materia circa quam: est etiam sacramentum, postquam factum per manet, viventibus enim conjugibus ea conjunctio est signum externum conjunctionis Christi, & Ecclesie, & tunc contrahentes sunt materia ex qua: & in hoc sensu est vera 4. sent. n. 4. sic Bellar. l. 1. de matr. c. 6.

DISPUTATIO VI.

Quis sit minister sacramenti matrimonii, an sit sacerdos, ita ut minime sacramentum esset ante Tridentinum, celebratum abique sacerdotis presentia?

SUMMARIUM.

Prima sententia, sacerdotem esse ministrum, non aliter celebratum esse sacramentum, num. 1.

Secunda opinio verior, contrahentes esse ministros, & fuisse sacramentum abique sacerdote celebratum, 2.

An contrahentes in mortali, peccent ex ea parte, quam ministri sunt, ponitur 1. opinio affirmans, num. 3. & contraria verior, 4.

An sacerdos assistens matrimonio in peccato mortali, vel beatidinis nuptias, peccet mortaliter, 5.

Solvuntur argumenta, 6.

1. Aliqui asserunt sacerdotem esse ministrum matrimonii, in quantum sacramentum est, ita ut ante Tridentinum clandestinum matrimonium legitimum fuerit, non tamen sacramentum. Ducuntur, quia actio sacramentalis est sacra, ergo ministrum sacrum, & formam sacram. petit, ne contractus pure civilis, & profanus sit. Probatur post Tridentinum, quia sess. 24. c. 1. de matrini. jubet ut Parochus habito contrahentium consensu proferat ea verba, Ego vos conjungo, ergo vere parochus conjungit, & conficit matrimonium, ne verba falsa sint. Alias rationes huius sententia viderimus infra disp. 11. ubi agemus utrum matrimonium contractum per procuratorem, sit sacramentum: ita docet Casus libr. 8.

de locis Theologicis c. 5. an. solut. ad 3. auth. enciciridi con. Conlonensis, §. De ministro, & §. Verbum itaque, & Petr. de Ledes. de matr. q. 42. art. 1. dub. 4. concl. 4. fundit concl. ult. ait ante Tridentinum fuisse hoc probabile, licet post illud.

Ceterum omnino tenendum est nunquam parochum fuisse, nec post Tridentinum esse ministrum sacramenti matrimonii, sed ipsos contrahentes esse ministros conscientis sacramentum matrimonii: & ita ante Tridentinum, clandestinum matrimonium fuisse verum sacramentum. Probatur 1. quia cum matrimonium sit contractus, nec illius naturam matrimonium mutaverit, sed tantum elevarit ad esse sacramenti, sequitur aliorum contractuum naturam, quæ est, ut ipsi contrahentes suis consensibus se ligent, nec alius, præter ipsosmet, contractum efficiat. 2. Quia ante Tridentinum matrimonium clandestinum erant vera matrimonia, & rata, ut definit ipse Trid. sess. 24. c. 1. de matrini, ergo & vera sacramenta, quia ideo c. Quanto, de divor. ver. Nam est matrimonium, infidelium matrimonium non appellatur ratum, quia sacramentum non est. 3. Quia verba parochi non sunt de essentia matrimonii, sed his potius omnibus constat matrimonium: ut dicitur lib. 3. disp. 38. n. 4. ergo parochus nullo modo est minister: hic enim necessario proficere debet verba aliqua, quibus sacramentum conficitur. 4. Quia Ecclesia olim recognoscit de matrimonii clandestinitate, ergo erant sacramenta: si enim probati contractus essent, iudex secularis de eis cognosceret. 5. Quia Florentinum, ubi de sacramentis, cum latoarum sacramentorum ministris explicaverit, huius tamen ministrum tacuit, quali manifestum relinqueret non alium esse sacramenti, & contractus ministrum. Tandem potest hæc sententia probari eisdem rationibus, quibus disp. 11. probavimus matrini. per procuratorem contractum, esse sacramentum, hæc sent. ante Trid. tenentur D. Tho. ceteri DD. disp. præced. allegati, qui actus ipsorummet contrahentium, sive sint verba, sive consensus, dicitur esse formam huius sacramenti: is enim est sacramenti minister, qui formam applicat: & Sotus 4. d. 26. q. 2. ar. 3. vers. Hæc autem, loquens ante Tridentinum, dixit oppositam sent. defendi non posse: & nunc etiam post Trid. tenet Bellar. late probans, l. 1. de matr. cap. 6. & duplici seq. vocatque oppositam temerariam, Suarez l. 1. de sac. q. 65. disp. 16. sect. 1. Enrig. l. 11. de matr. c. 2. n. 7. Barb. a Ledes. de matr. dub. 21. Petr. de Ledes. de matr. q. 42. a. 1. dub. 4. concl. 6. & ult. Angles foribus l. p. q. 1. de essent. matr. concl. 26. a. 4. disp. 2. f. 526. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 35. f. 1024. Vegal. 6. sum. casu 117. Vwald. cand. l. p. de matr. n. 20. Manuel vocans oppositam sent. temerariam, l. 1. sum. in 2. ed. c. 216. n. 3. & ex jurisperitis, Perez l. 5. ord. l. 1. fol. 39. & seq. 5. Præterea necessarium.

Hinc inferunt aliqui conjuges peccato lethaliter affectos, celebrantes matrimonium peccare lethaliter, non solum ea ratione, quia sacramentum suscipiunt, quod indubitatum est, sed etiam quatenus ministrant, quia omnes fatentur ministrantes in mortali sacramentum ex officio, & tanquam ministros ad id deputatos, peccare lethaliter, huiusmodi autem non conjuges, sic Navar. c. 1. §. Sacerdos, n. 10. de panit. d. 6. in solut. ad 4. Petr. de Ledes. de matr. q. 42. art. 3. ad ultimum, & ut probabile ponit Suarez l. 1. tom. 1. de Sacramentis, qu. 65. ar. 4. disp. 16. sect. 4. & est probabile.

Sed multo verius est, non peccare lethaliter, quia non sunt ministri consecrati ad id munus, sed solum illis concessum esse necessitate quadam, quia oportuit materiam, & formam in ipso contractu constitui, contractus autem fieri non poterat, nisi per contrahentium consensum: unde solum ministri consecrati lethaliter delinquant, si culpa mortali affecti ministrant. Sic Palud. 4. d. 5. q. 2. n. 22. Sotus 4. d. 1. q. 5. a. 6. hinc, Ledes. l. p. q. 5. a. 6. dub. 3. Enriquez l. 11. de matr. c. fin. Lud. Lop. 2. p. instr. de sacram. in genere c. 59. concl. 4. & in hæc sententiam magis inclinat Suarez num. præcedenti allegatus.

Nec sacerdos culpa mortali reus aliter matrimonio, peccat lethaliter, quia non est minister conscientis sacramentum, & benedictio, quam præstat, est sacramentalis quoddam. Sic Ledes. Enriquez, Suarez, Lud. Lop. n. præced. allegati, Vega l. 6. sum. casu 117. Nec etiam Sacerdos in mortali, nuptiarum benedictionem celebrans hæc ratione lethaliter peccat, quia ea benedictio non est sacramentum, sed sacramentalis. Sic Palud. & Lud. Lop. num. præced. allegati.

Ad 1. arg. propositum nu. 1. respondetur esse actionem sacram. in quantum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, & elevata est a Christo illa actio ad esse super-naturale Sacramenti: sicut baptismus a laico collatus, est actio sacra. Ad 2. dico ea verba significare, Coniunctos vos esse declaro, vel approbo conjunctionem vestram.

DISPUTATIO VII.

Utrum matrimonium in lege nature, & veteri fuerit Sacramentum.

SUMMARIUM.

Prima opinio, fuisse Sacramentum, num. 1.

Secunda, non fuisse, 2.

Quidam fuisse Sacramentum asseverant, quia erat rei sacra signum. Sic, Pet. de Soto, de matr. l. 2. §. De institutione, Costro dicens esse omnium, l. 11. contra hereses, verb. Nuptia.

SUMMARIUM.

Utrum exigatur dari potestatem procuratori coram parochis, & testibus, ponitur opinio affirmans, n. 22. & ibi solemnitas requiritur ad aliquem actum, censetur requisita ad commissio-

22 Quesitio III. Utrum valeat matr. per procuratorem, commisione abique parochi, & testium presentia data? Videtur enim id desiderari ex doctrina Riminal. conf. 467. n. 78. & seq. vol. 4. docentis solemnitate requisitam ad aliquem actum, esse necessarium ad dandum commissio-

23 Dicedam tamen est, id non exigi, sed satis esse, ut procurator nomine absentis mat. coram parochis, & testibus inest. Prob. quia Trid. sess. 24. de matr. c. 1. solum irritat matr. quando ipse contractus non celebratur coram parochis, & testibus, sed mandatum contrahendum non est ipse mat. contractus, ergo non petit eandem solemnitatem, alias decretum maxime correctio-

24 An arg. propositum na. 22. neganda est ex doctrina, nec illam probat Oratio, ff. de spons. cui latis resp. lib. 1. disp. 12. num. 2. Ad contr. dico esse specialem dispositionem in eo casu: primo ad vitandas commissio-

SUMMARIUM.

An matrimonium per procuratorem contractum sit sacramentum? ponitur opinio negans, num. 26. Opinio verior affirmans, num. 27. & quis sit tunc minister, que materia, & que forma, 28. An si procurator sit in mortali, dum contrahit, peccet lethaliter, 29. An constituens procuratorem, tenetur esse in gratia eo tempore, quo verisimile est fore, ut procurator contrahat, 30. An contrahentes per procuratores possint postea per se ipsos contrahere, 31.

26 Quesitio IV. Utrum matr. contractum per procuratorem sit sacramentum? Quidam affirmant esse verum matr. non tamen sacramentum. Pro. 1. quia quamvis sacramento possi-

tentia, quatenus est quoddam iudicium, non repugnet effectui in absentia, repugnat tamen, eo quod est sacramentum: ergo similiter repugnat matrimonio ut est sacramentum. 2. Quia perceptio, & confessio sacramenti est actus personalis, ut constat in omnibus aliis sacramentis. 3. Quia alius dormiens peccaret, vel reciperet gratiam, si eo tempore procurator nomine eius contraheret: cum enim tunc constituitur, sacramentum recipiat, peccaret, si esset in mortali, & reciperet gratiam si esset dispositus: & subinde teneretur sub culpa lethali tunc esse dispositus. 4. Quia sacramentum esse causa physica gratia, matr. autem per procuratorem, non potest esse sic causa, quia consensus ipsorum, qui vere contrahunt, sunt materia, & forma, & iam transferunt. 5. Quia DD. contrarias sent. latenter esse laudabile, si postea in presentia renouetur consensus, si tamen prius matrimonium fuisse sacramentum, sacriligium esset iterare, cum non adtine nova materia, & nova forma. 6. Quia ideo hostia abens nequit consecrari, quia ponitur in forma pronomen demonstrativum, Hoc, quod denotat materiam presentem, nec abens potest absolvi, quia ponitur in forma pronomen demonstrativum, Te, sed in forma matrimonii ponitur duplex pronomen demonstrativum, Ego, & Tu; ut constet ex c. Licet, de sponsa duorum, ubi ponitur hac forma, ego te accipio in meam: ergo matrimonium, ut est sacramentum, non potest celebrari inter abentes. Hanc sent. tenent Durand. 4. d. 26. q. 2. num. 11. Cajet. tom. 1. opus. tract. 12. de contrah. matr. q. 2. Cucus lib. 8. de levis Theol. cap. 5. ad 3. Victoria summ. de matr. num. 244. Viguer. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 4. Oronus 4. d. 28. prop. 2. F. Petr. Martyr. dired. curator. fol. 65. s. Lo coreto se pregnantia, Barb. a. L. d. matr. fol. 1280. Fr. Penna, & Gallo, ut refert Enrig. lib. 11. de matr. c. 2. n. 2. in comm. lib. 6. & dicitur esse probabilem Sed. 4. d. 27. q. 1. art. 3. vers. Ad vero Ledes. 2. p. 4. q. 44. art. 3. ad fin. Lud. Lop. 2. part. instrud. de matr. c. 35. fol. 1027. Petr. de Ledes. de matr. q. 42. art. 1. dub. 7. concl. 1. limitans, ut exponitur a Cajetano, nempe, ut fiat postea sacramentum, quando in presentia ratificatur.

Sit tamen I. Conclusio, profus tenendam esse matr. per procuratorem contractum esse sacramentum. Pro. 1. quia est verum matrimonium ratum, & indissolubile, ergo est sacramentum: probatur consequentia ex c. Quanto, de divor. ubi habetur ideo matr. Christianorum esse indissolubile, quia est sacramentum: & ibi, & c. fin. 28. q. 1. dicitur matr. indissolubile, legitimum, sed non ratum, ac indissolubile, quia non est sacramentum, 2. quia Concilium Floren. & Trid. ut vidimus hoc 2. lib. disp. 10. num. 2. absolute definiunt matrim. fidelium in lege nova esse sacramentum, 3. quia, vel Christus elevans matr. ad esse sacramenti, mutavit rationem contractus naturalis: vel non: si primum, ergo in lege Evang. matr. per procuratorem non est legitimum in ratione contractus naturalis, sicut oppositi dicunt non esse in ratione sacramenti, quod tamen est contra c. fin. de procur. in 6. si secundum, ergo & modo matr. per procuratorem, est sacramentum: quia concilia clamant matrimonium, quod ante legem Evang. erat merus contractus naturalis, esse modo sacramentum 4. quia matr. ut contractus, & ut sacramentum, est idem numero, & realiter, & tantum differt penes diversos respectus, quia ut respicit vinculum contrahentium, dicitur contractus: ut autem elevatur a Deo ad representandum unionem Christi cum Ecclesia, dicitur sacramentum: ergo utroque modo debet habere eandem materiam, & formam, & causas agentes: & proinde si potest, ut contractus celebrati per procuratorem, poterit etiam ut sacramentum. Hanc sent. tenent ex Theologis, Sotus 4. d. 27. q. 2. art. 3. vers. At vero, Petr. de Soto l. 3. de matr. vers. Requiritur, Catbar. lib. 5. contra Colet. cap. 3. de matr. Bellar. lib. 1. de matr. cap. 5. in solut. ad 11. c. 7. & 8. Palac. 4. d. 26. disp. 1. f. 559. vers. Quarto respondet, Enrig. vocans oppositam sententiam, l. 12. de matr. c. 2. n. 2. Angles florib. 1. p. q. 1. de essent. matr. d. 27. art. 2. disp. 4. f. 529. Grisal. v. Matr. num. 16. Vivald. candell. 1. p. d. matr. nu. 43. Philiar. de offic. sacerdot. 1. p. 2. l. 2. art. 2. Lud. Lop. 2. p. instrud. de matr. c. 35. f. 1027. Petr. de Ledes. de matr. q. 42. art. 1. dub. 7. concl. 1. n. 95.

II. Conclusio, quando matr. fit per procuratorem, nec 23 quod est minister, nec in ipso recipitur sacramentum, nec verba ipsius sunt materia, & forma sacramenti; sed ipsi principales contrahentes sunt ministri, & recipiunt in se sacramentum, & expressiones consensus ipsorum, quatenus innotescunt per procuratorem, sunt materia, & forma: procurator autem est conditio, sine qua non. Prob. hoc est univoce matr. cum eo quod per propriam personam contrahitur, non enim est duplicis matrimonii sacramentum: ergo eandem materiam, & formam, & ministrum habet. 2. quia ubi sunt materia, & forma, recipitur sacramentum, cum ergo matr. recipitur in principalibus contrahentibus, in ipsis inest materia, & forma. Sic Enrig. lib. 11. de matr. c. 2. n. 7. in princ. & ad fin. Petr. de Ledes. de matr. q. 42. 1. art. 1. dub. 7. ad 4.

Hinc inferitur, minime delinquere procuratorem, si dum 29 contrahit, peccato lethali affectus sit: quia non recipit in se sacramentum, nec ministrat, sic Enrig. eodem cap. 2. fin. Petr. de Ledes. eadem solut. ad 4.

27 Intercur, mitentem procuratorem teneri sub culpa lethali esse ingratis, eo tempore, quo verisimile est fore, ut procurator nomine ipsius contrahat, quia tunc recipit sacramentum. Sic Sot. 4. d. 27. qu. 1. art. 3. vers. Ad 2. respondetur, Fr. Molina l. 1. sum. c. 16. §. 14. fol. 232. col. 1. Lud. Lop. 2. p. instrud. de matr. c. 35. fol. 1027. Petr. de Ledes. art. 1. ad fin. ante solut. ad 7. & quamvis Sotus, & Lud. Lop. excusent ab hac culpa mittentem, quando prorsus ignorat, quo tempore matrimonium celebrandum sit. Verum nec tunc excusatur, quia sacramentum receptum obligat ad debitam dispositionem sub lethali culpa, & ita vel tenetur non mittere procuratorem, vel toto eo tempore dispositus esse, quo probabiliter sit contractus esse.

31 Ultima conclusio, optime facit contrahentes per procuratorem, si postmodum ipsimet iterum matrimonium inest, ad tollendos scrupulos. Quia quamvis cetera sacramenta repeti nequeant, eadem materia manente: hoc autem est in matrimonio speciale, cum enim fit contractus, & eiusque naturam, & conditiones retinet, potest ea parte, qua contractus est, ceterorum more sepius iterari. Sic supponitur Cajet. & Petr. de Ledes. quos reulit num. 26. sine, cum dicitur effecti sacramentum, dum postea iter ipsos contrahentes iteratur. Et docent Sot. 4. d. 27. q. 1. art. 3. vers. Non prolus, Lud. Lop. 2. p. instrud. de matr. cap. 35. fol. 1027. iteratur autem, nec forte prior consensus revocatus sit.

32 Ad arg. proposita n. 26. responderetur, ad 1. absolutionem non potest dari in absentia, iudicium enim exterius potest inter abentes esse, eo quod diveris sint actum, & telis & reus, nec aliqua dispositio in re potest: focus autem de interno, ubi reus, & actor est idem: & desideratur reum dispositum esse, episcopus dispositionem Confessorium intelligere: unde non solum ea parte, qua sacramentum est, sed etiam ea, qua iudicium est, repugnat, in absentia praesenti matrimonio autem id non repugnat, quatenus contractus est, cuius naturam ratio sacramenti minime immutat. Ad 2. dico, in aliis sacramentis actionem esse omnino personalem, ita ut nullo modo per substitutum exerceri possit, focus autem in matr. quia ceterorum contractum naturam sequitur: quare actio sacramentalis in ipso non est omnino personalis, sed tantum in hoc sensu, ut nulla alia persona, praeter ipsos contrahentes, vere coniciat, & in se recipiat sacramentum. Ad 3. dico non esse inconveniens dormientem delinquere lethaliter, vel gratiam recipere ratione consensus in vigilia habiti: ut contingit in eo, qui volens baptizari baptizatur dormiens: & fateor teneri esse in gratia tempore quo procurator contrahit: ut probavi num. 30. Ad 4. Lud. Lop. c. 27. fateur id matr. physice conferre gratiam: sed melius Petr. de Ledes. ibi alleg. dicit conferre moraliter: quia dum sacramentum praesens est, physice operatur, dum autem transit, & tantum moraliter est praesens, tanquam causa moralis operatur: ut contingit in sacramento, recedente fisione: cum ergo, dum procurator contrahit, consensus principalium, qui sunt materia & forma, sint tantum moraliter praesentes, operantur in hac causa moralis. Ad 5. constat ex dictis nu. 31. ad 6. nego consequentiam, quia in ceteris sacramentis ea verba praesentia sunt de sacramenti necessitate, matrimonium autem potest per quemcumque verba, vel signa contrahi consentum explicantia.

DISPUTATIO XII.

Utrum matrimonium per epistolam contractum, validum sit, & Sacramentum?

SUMMARIUM.

Iure antiquo erat validum, & qualiter celebrandum, num. 1. An post Tridentinum sit validum, opinio negans, 2. Sententia verior, num. 3. & utrum sit sacramentum, 4.

Iure antiquo constat, matr. per epistolam celebratum validum fuisse: ex l. Multum, ff. de ritu nuptiar. l. Suficit, ff. de spons. & docet gloss. c. Nec illud, 30. q. 5. v. Uxor, Felin. cap. Ex parte num. 10. de reser. Secus 4. d. 27. qu. fin. ubi Sotus, qu. 1. art. 3. vers. At vero quatenus, Corar. multos referens 4. decret. 2. p. c. 4. intro, num. 11. fin. Perez lib. 5. ordin. 1. lib. 1. fol. 2. s. Quid autem sit in matrimonio: & si tamen quam perveniat epistola ad alium contrahentem, revocatus sit consensus, si verba facte, si verba expressa, dicendum est idem, quod disp. praeced. a nu. 6. usque ad 14. dicit, quando contrahitur per procuratorem. Utrum autem necessarium sit, ut recipiens litteras, consensum explicite & libere mittenti, vel per nuntium ad id destinatum, vel potius satis sit circumquae exprimeret consensum, dixi late lib. 1. disp. 7. num. 35.

2 Dubitatur autem utrum post Trid. sess. 24. cap. 1. de matr. validum sit? Quidam enim negant: quia cum necessarium sit, consensum coram parochis, & testibus praesentari, & quando alter recipit litteras, licet consentiat coram parochis, non sit sciens ad matrimonium, donec alter consensus acceptet: non videtur quo pacto utriusque consensus possit coram eodem Parochis, & testibus praesentari media epistola, procurator enim potestatem habet acceptandi, epistola autem minime. Sic docent Th. Sanchez de Matr. Tom. I.

Petr. de Ledes. de matr. q. 45. art. 3. dub. ult. ad 1. Bar. a. Led. dub. 18. de matr. a. fol. 1286. Manuel 1. tom. 2. edit. c. 2. 16. num. 1. & c. 200. n. 3. & in hac parte, quamvis dubius, magis inclinat Veracruzes eppend. specul. dub. 3. fin.

Sed probabilius esse, valere, exitimo: ob rationes, in quibus disp. praeced. nu. 20. probavi matr. per procuratorem initum, validum esse: non enim juris correctio abique necessitate inducenda est: & declaratur amplius, explicando casus, in quibus celebrato per epistolam matrimonio, potest utriusque consensus coram eodem parochis, & testibus praesentari. I. casus est, quem ponit Enriguez statim allegandus, si epistolam mittens, scribat se non solum facere sui corporis traditionem, sed et tunc traditionem per alterum sibi faciendam, acceptare: tunc enim si epistola lecta coram parochis, & testibus, alter consentiat, iam utriusque traditio, & acceptatio fit coram eodem parochis, & testibus. II. casus est, quem in nomine inveni, si recipiens epistolam, rescribat mittenti, se accepisse litteras, in quibus vult ipsum in conjugem, & similiter ipsum velle: tunc enim si hac epistola rescripta lecta coram parochis, & testibus, recipiens coram illis consentiat, iam mat. acceptatio, & traditio constat parochis, & testibus: quia illa epistola continet traditionem rescribentis, & acceptationem traditionis factae a priori mittente: & prior mittens se tradit, & acceptat coram parochis, & testibus. Hanc sentent. tenet Enrig. lib. 11. de matr. cap. 2. num. 6. Lud. Lop. 2. p. instrud. de matr. cap. 35. fol. 1027. col. 2. Pro eadem sentent. sunt alii, qui post Trid. scribere, & afferunt, matrimonium contractum per epistolam validum esse: cum tamen id minime afferent, si Trident. illud annullasset. Hi sunt Navar. lib. 4. cons. 1. de cognit. spirit. in priori edit. cons. 2. num. 9. in posteriori cons. 6. num. 9. vers. Ad lib. 2. s. ordin. tit. 1. l. 1. fol. 2. s. Quid autem sit in matrimonio, Martinez lib. 5. recap. tom. 1. rubr. gl. 1. n. 32. Molina tom. 2. de iuris. re. 2. disp. 254. inli. Vega lib. 4. sum. cas. 264.

Tandem dubitabis, utrum matrimonium per epistolam contractum, sit sacramentum? Quia in re nihil immorandum est: quia eadem priorius est difficultas, que de matr. per procuratorem inito: & qui hoc esse sacramentum negant, negabant illud, quos reulit disp. praec. nu. 28. Nos autem, qui ead. disp. nu. 27. delatimus hoc esse sacramentum: idem dicimus de illo.

DISPUTATIO XIII.

Quo iure matrimonium indissolubile sit, & unde hoc indissolubilitas proficiatur?

SUMMARIUM.

Matrimonium ratum, & consummatum differunt quoad significationem, num. 1. Consummatum est solum iure divino indissolubile, 2. Matrimonium consummatum indissolubile est indissolubile, nisi ad hoc solus ad solum convertatur: & tunc dissolvitur ex Christi dispensatione, 3. Unde hec indissolubilitas oritur, & quo iure: referuntur tres sententiae, nu. 4. s. & c. sententia auctoris, nu. 7. ubi explicatur c. Scripsi, 27. q. 2. Indissolubilitatem matrimonii consummati non est ex iure naturale, sed ex divino, 8. Dissolvit matrimonium etiam per professionem, & consummati indissolubile per alterius conversionem, est consummatus eius natura, 9. Qualis indissolubilitas conveniat matrimonio rato suscipe natura praeter ceteris contractibus, 10. Resolvitur iuris per affirmantes, posse Papam dispensare in matrimonio consummato, 11. Solvantur argumenta, 12.

Circa matr. essentiam disputavimus de materia, & forma illius, qualiter sit sacramentum, & quo pacto per procuratorem, aut litteram celebrari possit: imperit, ut disputemus de ea definitivis particulis, individuum quae consuetudine reventem, quae continet matr. indissolubile esse. Quoniam ergo unde haec indissolubilitas oritur, & quo iure sit contractus? Supponendum est, hoc diffare inter matr. ratum, & consummatum, quoad significationem: quod ratum significat unionem, indissolubilem Christi cum anima exstante in gratia, vel si fateamur representare unionem Christi per Chastitatem cum tota Ecclesia, ad hoc a dissolubilis est, quoad membra Ecclesiae, per culpam lethalem, quam admittunt, quatenus significat totam Ecclesiam indissolubilem: consummatum autem significat indissolubilem unionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam: & ratio differentiae hujus significationis est, quia solum per matr. consummatum sunt coniuges una caro, ut habetur expressa c. 2. de consensu, consensu, & c. lxx. 27. q. 2. & colligitur ex c. Agathe, in 27. q. 2. & c. de consensu, ad consensu, ubi dicitur, efficiantur per conjugium una caro, ubi dicitur, per carnalem copulam, quate solum matr. consummatum significat eam conjugationem, per quam Christus factus est una caro cum Ecclesia per incarnationis mysterium. Pro. haec differentia est d. Paulo ad Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia, quia ea vera minime dixit nisi praemissis illis, unus duo in carne una: quod fit per copulam. 2. probatur ex D. August. & habetur. Non est

Dubium 27. q. 2. Ibi, non est dubium illam mulierem non potuisse ad mat. cum qua commisit fornicari...

2 Supponendum est, certum esse in omni sententia, saltem pure divino indissolubile esse mat. consummatum...

Hinc inferitur matrimonium infidelium consummatum, indissolubile esse: lex enim Christi obligat omnes...

Tota autem difficultas consistit, an ea indissolubilitas proveniat ex pure ipso naturali...

1 Totum est, quod non potest esse matrimonium consummatum, nisi sit in statu innocentie...

repudium, quod tunc iuxta multos sicutum erat, nec in lege evangelica preceptum est...

Primum est, aliquem inseparabilitatem esse de natura matrimonii, & ita competere etiam mat. rato...

IV Sentent. quam ceteris probabiliorem existimo, ait duo. Primum est, aliquem inseparabilitatem esse de natura matrimonii...

Disputatio XIII. & XIV.
possit, tamen id maxime fit, quatenus est sacramentum. Cum ergo mat. magis indissolubile sit ex ratione sacramenti...

petere matr. consummatum, ex natura jure, sed ex Christi diviso precepto positivo imposito, Matr. 19. ubi Quos Deus conjunxit...

Demum inferitur, pessime aliquos Jurisprudentes dixisse, posse Pontificem ex causa dispensare in matrimonio consummato...

DISPUTATIO XIV.
Utrum possit Pontifex dispensare in matrimonio rato, ut soluto ejus vinculo, possint libere conjuges alium matrimonium inire?

SUMMARIUM.
Prima sententia, non posse, n. 1. & secunda posse, n. 2. & ibi, si vincio vincenem te, a Fortiori vincam te.

Questio hac gravissima est, & in ea duplex est sent. 1. docet non posse Pontificem. Prob. 1. matrimonium ratum est vinculum perpetuum...